

concinnator, oris. subs. m. ETYM concinnare. [FREQ minima 5^{indicia} 0,3^{/d.c.m.}] uocabulum scriptis litterariis argumentando aptum, usibus mediis, semper prosa; et technicis sine ullius sensus incrementi inuenitur; a saec. I ec. apparet, sed in fine Antiquitatis magis usitatur.

VARIATIO		indicia	p ^{/d.c.m. subc.}
OPERUM	argumentando	3	0,84
	exponendo	2	0,68
DIACHRONICA	I-II ec.	1	0,26
	III-V ec.	4	0,96
DIAPHASICA	media	5	0,36
DIASTRATICA	litteraria	3	0,32
	technica	2	0,72
MODUS	prosa	5	0,36

¶ **a** is qui ornat et expolit, praecipue tonsor • persona que arregla o embellece, maquillador; especialmente a quien arregla el cabello o peluquero 60 COLUM 1.praef.5. capitumque et capillorum concinnatores ... esse audiui. INSCR HD 27769 Romae. Marcus Seruilius Paratus concinnator a scaena.

b1 post tempus ad inuentorem uel repertorem aspernabili modo attinuit • fue aplicado al cabo del tiempo, ahora en sentido negativo, a quien idea o inventa [HYPER inuentor] 330 ARNOB 4.32.3. concedamus ... deformitatum tantarum concinnatores esse atque inuentores poetas. 400-430 AUG Epist 11.17. Seuera ... me inauditi concinnatorem mendacii peierans accusabat. GLOSS 2.343.50. κατασκευαστός ὁ κακοπράγμων. 2.107.14. concinnatores συνκαττυστάς.

b2 inter quos ii erant qui leges implicant, i. e. causicidici qui magis fallendo quam iure agunt • y entre ellos a los que enredan con la ley o picapleitos [HYPER praestigiator SIM "causicidicus"] 355-361 LUCIF Athan 2.1. falsorum criminum concinnator. 370-400 PHYSIOGN 31. concinnatorem negotiorum atque causarum, numquam quietum, numquam non mali aliquid cogitantem. DIG 1.16.9.2. Circa aduocatos patientem esse proconsulem oportet ... nec adeo dissimulare, si quos causarum concinnatores uel redemptores deprehendat.